

A to. Senatoribus per ministros stolis candidis indutos, ampla cornua electo potu repleta, in memoriam S. Trinitatis ebibenda, ordine dantur. Deinde eidem caeremoniis in memoriam Deiparæ Virginis, & tertio Patroni, cujus invocationi patriarchialis Ecclesia dedicata sit, cornua exhauriant. Quibus rite peractis, altè legi solent ad laus Senatoris statuta convivantium. Quin & controversiæ atque lites omnes pacificè dirimuntur, connubia conciliantur, & amicitia firmissimè contrahuntur. Olaus lib. 16. cap. 16. & 17.

IN BALNEO.

Παράθυρος, id est, Unà labor; dici consuevit, ubi quis insinuat se in societatem alterius, aut ubi quis admittit aliquem in societatem: ut qui pauperior est, sumptum effugiat. Suidas ait, olim fuisse morem, ut divites unà cum pauperibus lavarent: ut quibus priora suppellex frigida, spongiarum, guttorum, atque id genus rerum non esset, divitum uterentur suppellectile. Titus Imp. ne quid popularitatis prætermitteret, nonnunquam in thermis suis, admissa plebe, lavit. Sueton.

IN VENEREIS.

Apud Spartanos, ex institutis Lycurgi, sponsum nocturnam clam accedebat ad sponfam extincto lumine, & cum ea quadam vel religione timidis coibat, & vercedurus. Plut. in Lycurg. Juxta Veteres meritos Mercenarium uno in scello collocare: quòd voluptas generalis præcipue sermonem postulare, Snaadamque & Gratias blandimentis ut impetrent à le mutuo ea, quæ ferri animi, non certamine neque contentione. Solon præcepit Atheniensibus, ut sponsa vorato malo cydonio cum sponso concubet obscure nimirum significans, oris & vocis debere gratiam primam comem esse & suavem. In Bœotia obulam sponfam alparagonia coronant. Ut enim fructum ille edit asperitima ex spina suavissimum: sic sponsa ei, qui primam suam non refugit neque aversiatur asperitatem & acerbissimam, contubernium lene præbeat, & dulce. Plut. in Prac. con.

IN BELLO.

Vide supra, Humani erga Hostes.

IN VENATIONE.

Antoxeres Persarum Rex, iis qui fecum venabantur, qui possent & vellent, ut ante regem jaculum emitterent, libenter concedebat. Plut. in regum Apophor.

IN CONTRACTIBUS.

Pammychus primus Egyptianorum Regum, ceteras nationes ad importanda, quæ apud se erant, allexit, securitate singulis adueniuntibus præbita. Diod. Sicul. lib. 1. c. 5.

IN ALEA.

Augustus in alea benignè, liberaliter ac jucundè lusisse dicitur, ut nullam habere occasionem largitatis suæ majorem ad commodiorem videretur. Sic enim in epistola ejus ad Tiberium Suetonius: Nos, mi Tiberi, quinquaginta iucundè egimus. Lusimus enim per omnes dies, fortunæ aleatorum calescentis Frater tuus magnis clamoribus rem gessit. At summam tamen perdidit non multam: sed ex magnis detrimentis, præter spem, paulatim retractus est. Ego perdidit xx. milia nummorum, meo nomine: sed cum effusè in ludo liberalis fuissim, ut soleo plerumque. Nam si quas manus remissis cuicunque, exegisset, aut retinissim quod cuique donavi, vicissem vel LX. Sed hoc malo. Benignitas enim mea me ad cœlestem gloriam efferet. Suet.

ANTE MORTEM.

Quo die occisus est à Chærea Cajus Imp. præter naturam suam affabilis fuit, ita ut inuenta comitate omnibus fuerit miraculo. Tertio Circensium die sedens in circo, sparsis inspectatores missilibus, quæ pomis constabant & avibus propter raritatem gratis, delictabatun diripiende hæc certatum populo. Suet.

HUMANITATIS ACCIDENTIA, QUOAD FRUCTUM, PÆMIÀ DIGNÀ.

Exempla quedam ex Tit. Reges Populares, item Humanitatis erga Brutam, petantur.

Fædus. P. Scipio, pullo ex Hispania Carthaginensium duce Hamilitate, cum duobus tritremibus tranquillo mari in Africam trajecit: casusque accidit, ut eadem hora Hadrubal, septem cum tritremibus ad Syphacem veniens, jactis anchoris, in terram de-

scenderet. Ita prior in terram Hadrubal, mox Scipio & Lælius Egegre, pergunt ad regem. Syphax Rex Massyliorum, duorum opulentissimorum populorum duces eadem die suam pacem amicis petentes ad hospitium invitavit, conatuque est eos ad colloquium pacis causa deducere. Scipio hoc renuit, dicens, nullum cum Pœnis privatum fide odium esse, neque de Republ. se cum hoste agere: quinimò nisi iustis senatus posse. Rex ne alter hospitium exclusus mensa videretur, ad eandem mensam utrumque invitavit: quinimò simul cenanti, eodem lecto simul dormierunt. Tanta autem comitas Scipionis, atque ad omnia naturalis ingenii claritas & facundia erat, ut non modò Syphacem barbarum infectumque Romanis moribus, sed etiam hostem quemcumque infestissimum alloquendo sibi conciliaret: mirabilioremque aspectum ac maiestatem præ se ferebat, quàm gestarum rerum gloriam. Itaque regem regnumque Scipio allocatione sua in Romanorum partes pertraxit: tantam artem ad conciliandos animos eidem natura tribuerat. Joan. Gerund. lib. 5. Paralip. Hispan. Reconciliatio.

Exempla sub Tit. Prudentiæ in reconciliando.

ALPHONBUS potentissimus Aragonum, Neapolitanorum & Siciliæ Rex, cum Capuam proficisceretur, videns quandam auxilium implorantem, propter quòd affellus in luctum prolapsus esset farina onustissimo equo desiliit, & asinum harentem cæno, sublevarit nequaquam erubuit. Astinarius vero, qui regem prius non noverat, perterritus veniam precabatur. Parvi quidem momenti res, sed quæ nonnullos Campaniæ populos regi reconciliaverit. Panorm. lib. 1. de Rebus gestis Alphonsi, & Pantan. cap. 6. de Beneficentiâ. Deditio.

M. ANTONINUS Pius Imp. tanta fuit æquitas & gratiæ apud omnes, ut plurimè nationes, quæ Romanum prius jugum repulerant, armis abjectis, sua sponte sese ei subjecerint. Iulius Capitolinus, & Eusebius.

Defensio, Auxilium. Henricus Princeps Boemorum, & Episcopus Pragensis, in maxima annonæ caritate, frumento à se coempto indigentibus gratis exhibito, adeo factus est popularis, ut ad eum defendendum contra Premislam & Uladislam fratres regnum affectantes universi confluerent. Dibrao. lib. 14.

Absolutio. Romanos tantum pudori tribuisse legimus, ut Philippo Regi Macedonici, pluribus criminibus accusato, nil æque profuerit, quàm Demetrii filii pudor in Senatu, objecta minime diluere valentis. Alex. ab Alex. lib. 2. c. 19.

Imperium, Dignitas. DAVID Rex, ob placabilitatem & humanitatem juvenis etiam ad gubernandum populum Judæorum uno omnium consensu electus est, adeo ut parentes cum filiis, filii parentibus in amore præferrent, cum ad utilitatem hominum potius quàm dominandi cupiditate sumptisse regnum videretur. Plut. lib. 1. de Optimo civitate.

ARISTIDES Iustus, unà cum Cimone, præbendo se in expeditionibus comem & communem, imprudentibus Lacedæmonis imperium detraxit, non armis, non classe vel equitata, sed benevolentia & civilitate: cum contra Paufanias à Lacedæmonis iniquitate & austeritate omnes abalienarit. Plut. in Aristide.

Alciabades est populum Atheniensem vita dissoluta offendisset, eundem tamen vicissim comitate sua sibi devinxit, ut etiam vitia ejus benigniore appellatione mitigarent, & maris imperium ei decernerent. Plut. in ejus vita.

D. JUL. Cæs. mulum, in salutationibus & congressibus quòd supra etatem blâdus esset, favorem affectus est apud populum. Ad hæc cenarum & mensæ, & in summa reliquo viti splendore colligebat paulatim in Republ. opes: quâs invidi ejus brevi exillimantes deficientibus sumptibus evanidas fore, securi inclarescere illum in Rempubl. permiserit. Plut. in Cæs.

GERMANICUS Drusi F. suarum virtutum fructum uberissimè tulit, sic probatus & dilectus à suis, ut Augustus dicitur, an sibi successorem destinaret, adoptandum Tibertio dederit. Joseph. lib. 18. cap. 8. Antia. & Sueton.

VALERIAN. Licinius Imp. adeo popularis fuit ingenio, vitæque ad senium usque incorrupta, ut nullus unquam principum majore militum studio, omniumque ordinum consensu ad Imperium pervenerit. Cæsp.

Hænonæ qualescunq.

Ægyptus Messeniorum Rex, Creponius F. cum post reditum Hæ-

A. Heracledarum in Peloponnesum: & obsequis nobilitatem & largitionibus plebem delinitisset: eo pervenit honoris, ut Ægyptiæ postquam jam omnem appellatissimam, cum antè Heracledæ diceretur. Pausan. in Messen.

GELOS cum in Himerensi pugna deviceret Carthaginenses, universam Siciliam sub suum imperium coegit. Post nudus in forum progressus, affirmavit, se civibus imperium restituisse velle. At illi renuebant, experti ejus humanitatem, quòd videret populum esse, quàm pro posse aut Monarchæ. Prodeit hanc causam Syracusani in Sicilia simulacrum ipsius in delubro Junonis nudum poluere. Alian. lib. 6. de var. histor. & Diod.

TITUS Imp. Amor ac deliciæ generis humani dictus, tantum illi ad promerendam omnium voluntatem vel ingenii, vel artis, vel fortunæ superstit: ut, quòd difficillimum est, in Imperio, quòd non privatus, atque etiam sub patre Principe, ne odio quidem, nequam vituperatione publica careret. Sueton. Libertas.

Taxiles peribetur Indis obtinuisse Ægypto non angustiore laxitate portionem; pabulo autem latam, fecundamque fructibus in primis: ac vir ipse sapiens fuisse, atque cum salutare Alexandrum, dixisse: Quid bellis inter nos & prælio Alexander, opus est, cum neque equum nobis adeptum, neque victum necessarium veneris: pro quo solis necesse habent homines sani decetare. Reliquis opibus & facultatibus, quæ vocant, si ego abundantior sum, impertiar tibi libens: sin inferior, non recuso acciperet ab te grato animo beneficium. Desertus ex oratione Alexander, illumque complexus: An tu, inquit, pugna arbitraris ex tali sermone & comitate colloquium fore immune? At nihil proficis: quippè contendam tecum, & depugno beneficiis, ne me superes benignitate. Ac munericibus acceptis malis, datique pluribus, denique mille talentum argenti signati ei propinavit: quo retorfit amicos acriter, sed barbaros multo sibi reddidit mansuetiores. Plut. in Alex.

ALFONSO Aragonius, ut incredibilem erga hostes clementiam fuit, ita apud Cæjam navali prælio victus, in Philippi Marie Mediolanensis ducis potestatem veniens, non captivus ab eo habitus est, sed felus ludis conviviique honoratus, sine pretio dimissus est. Fulgos. lib. 5. c. 1.

HYRICUS, Neptuni & Aloyones F. in Tanagra Civitate Bœotiæ, cum benignus esset erga hospites, Dii quoque dicuntur in ejus hospitium accessisse. Jupiter, Neptunus, & Mercurius ab illo liberaliter tractati, proposuerunt, ut quocumque liberet, peteret. Eo silium petente, Dii in pellem mactati bovum profuderunt semen, ex quo natus est Orion. Natalis Comes. Mythol. lib. 8. c. 1.

OPULENTIA. PERRRHIAS, portitor Ithacensis, ob pietatem erga cæcum caprivum thesauri ingenti potius. Vide supra, Humani erga Captivos.

ALIMENTA. CRIBRIBUS Chalcidensis, Menedemi familiaris, cum interrogaretur, Quid sibi ex philosophia lucratus videretur? Ut cenem, inquit, immunis. Erat autem promptus, & ad ridendum suavis, quo efficebatur, ut ab omnibus ad convivia vocaretur. Athen. lib. 2. c. 19.

INDIGNA. PUTA. Odium, Invidia.

AGIS junior, Spartanorum Rex, comitate & facilitate sua civem omnes ad se pertraxit juniore, & Rempubl. ad veterem illam Lycurgi normam reformare aggressus, ab amulis in carcerem abreptus, sibi strangulatus est, iudicæ cautæ. Eum mortuum intuita mater Agefiliras: Nimia tua te, inquit, fili, modestia, lenitas & humanitas, & nos simul perdidit. Plut. in Agid.

Mores. CAROLUS IV. Joan. Boemorum Regis F. à patre invidiam sustinet. Vide Tit. Invidiosus.

USUM. Humanitatem in conversando, reliquis virtutibus familiariter interdam constat. Prudentia in concilianda amicitia, in reconciliando, Clementia item, & Iustitia. Quòd se quando vidit, ut Assuram in opprimendo hoste, Crudele ratum in pertrahendo hoste ad insidias: Blanditia illa erit non Humanitas.

* APOPHTHEGMATA. Hydricus cum quendam conjecisset in carcerem, Agefilaus humaniter veniam pro captivo deprecatus est, hunc in B. Theatr. vita Human. Tom. IV.

modum scribens: Si nihil peccavit, oro, ut hominem dimitas: Et si peccavit, mihi dimitte: sed omnino dimitte. Innocentem punire, scelus est: culpam interdam condonare in gratiam honesti deprecatoris, humanitas est. Plut. in Apoph. Lat.

Inter Xerxem Darii filium, & Arim. nem Irtarem, de regno erat contentio. Itaque quum Xerxes intellexisset, fratrem ex Bactrianorum regione descendere, missi illi munera, & iis quibus ea mandatam perferenda, jussit, ut ipsius verbis illi dicerent: His in presentia te honorat frater tuus Xerxes: quòd si rex fuerit delectatus, eris apud ipsum omnium primus. Hac humanitate delinitus Arimanes, contentionem remisit, ac fracti regnum adeptus, protinus adorationis honorem exhibuit, eique diadema impoluit. Xerxes autem illi proximum ab se locum cedit. Erasmi. lib. 5. Apoph.

PLUTARCHUS filium Alexandrum admonere solebat, ut cum Macedonibus comiter haberet consuetudinem, vulgi conciliata benevolentia vires ac robur sibi parans, dum liceret alio regnante esse humanum, prudentem colligens, ut nulla remelius constabatur imperium, quàm civium benevolentia, ita difficillimum esse jam regnum administrantem, erga quoslibet esse humanum, non solum quòd regia potestas opposita fit invidiæ, verùm etiam quòd Respublica non possit esse incolumis, nisi scelera supplicii coercantur. Regibus enim habitentis temperanda est humanitas erga cives, ut interim regiam tueantur auctoritatem. Nam immodica bonitas sæpe contemptum parit. Plut. in Apoph.

Turbo, quum adhuc nihil aliud accepisset quàm centurio, & ante præfectos à Cæsare vocaretur in consilium: Turpe est, inquit, à Cæsare, exclusis præfectis cum centurione agere. Erasmi. lib. 6. Apoph.

Quidam videns Favonium, quum nulli adessent famuli, Pompejo per omnia intervenirent, usque ad pedum lotionem, pronuntiavit Græcum versiculum: Οὐκ ἔστιν ὑποταξάναι ὁς ἄλλω καλῶς, id est, Clavis viris ut est decorum quilibet.

Plut. in Lacon. Apoph.

PLOTINA, Trajani Imperatoris uxor, cum post Trajani electionem primum in Capitolium iret, multique essent qui imperii felicitatem omnibus modis precarentur: adhuc in gradibus, conversa ad multitudinem: Talis, inquit, huc ingredior qualem me exire cupio. Quo dicto innuere voluit, non minus in imperio, quàm cum extra imperium esset, omnibus optime velle. Unde sic in principatu gessit, ut omnino iusta reprehensione caruerit. Xiphilini. in vita Trajani.

PLATONE laudante quendam hoc nomine, quòd erga omnes humanissimus esset: Quid, inquit, Diogenes, illi tribuendum est, qui nullum unquam offesse Respublicæ. Laert. lib. 6. Agefiliras, quum Agidem filium exanimem iacentem videret, excolata facie dixit, Nimia tua, o fili, bonitas, nimia mansuetudo, & humanitas, te simul & nos perdidit. Moliabatur enim Agis facinus sanè præclarum, sed invidiosum, nimirum ut degenerantes Lacedæmoniorum mores ad præcam illam severitatem revocaret. Interim dum fletus offedere neminem, & gratificari omnibus, semetipsum in exitum coniecit. Plut. in Lacon. Apoph.

HUMANIORES LITTERÆ. IN GENERE.

Consule Locum de Dôctrina, & Litteris. Tit. Littera humaniores.

IN SPECIE.

Videatur Locus de Grammatica, Rhetorica, Poesi, Eloquentia, & similes.

* Humilitas. Humiles.

DEFINITIO, ETYMOLOGIA, ACCEPTIO VARIA.

Humilitas, Græcè ταπεινότης, & ταπεινός, humilis dicitur. Hebr. Schoppelâ verbo s'chepel, humilis fuit, humiliatus est, quod cognitionem habet cum verbo Palasch, volutus est in luto, ut dejectus & veluti humo adfixus accidit, nempe humilibus Christus, Matth. 1. 1. vocat se ταπεινός τὸ καρδία, humilem corde, id est, modeste de se sentientem, & 1. Petri. 5. Deus dicitur dare gratiam humilibus, τὰς ταπεινούς, id est, modestè ac in timore Domini de se judicantibus. Quibus locis humili-

A milia idem est, quod *ταπεινότητα*, quae τὰ ταπεινώσει, humilia sapit. Hinc opponitur *ὑψηλότητα*, altum sapere, efferi animo, superbe agere; *ταπεινά* Graec. sunt, prostrata, humi strata, pedibus calcata, a verbo τείνει. Hinc *ταπεινός*, idem quod *ταπεινός*, humi repens. Alii deducunt a verbo *ταπεινός*, sepeio: quod homo dejectus & humilis videatur jamjam sepeliendus. Verum aptior illius etymologia sumitur ab humo, per humilitatem enim ad ima, & velut ad humum usque deprimitur. Quod sic dupliciter. Primo, si quis iniustus ab alio deprimitur, & sic est poena, & accipitur hoc modo in verbis Christi: Omnis qui se exaltat, humiliabitur. Secundo, si ex consideratione vilitatis propriae quis se deprimat, & hoc modo est virtus. Unde definitur potest *secundum Bernardum, de gradibus humilitatis*. Virtus qua verissima sui cognitione sibi ipsi quilibet vilescit. Humilitas, ut, *ibidem*, est contemptus propriae excellentiae.

Humilitas est ex intuitu propriae conditionis, & sui conditoris, voluntaria mentis inclinatio, sub imo ordinabili ad suum conditorem, *secundum Augustinum*. Secundum *S. Thomam* 2. 2. q. 161. art. 1. est virtus qua quis defectum suum considerans, se in inferiori secundum suum modum continet; *et eodem modo*. Est laudabilis sui ad ima dejectio.

Humilitas est mons magnus, in cuius summite lux est non modica, & honestatum personarum, id est, sanctorum virtutum pulcherrima turba: sed qui ad hunc pervenire desiderat, necesse est, ut per gradus quosdam ascendat, si hunc montem agnoscat & inhabitare affectat. *Anselmus, de similitudinibus*. Humilitas *ταπεινότητα*, est virtus, qua in timore Domini, agnoscentes propriam infirmitatem, non superbum, sed fletu cordis nos Deo, & in officis nostrae vocationis fiducia auxilii divini obedimus, & praestanda in penis & aeternis obedientia, & exhibendo alii honore debito subjicimur.

DIVISIO.

S. Bernardus, sermo 42. in Cant. distinguit duplicem humilitatem: alteram iudicii, alteram adfectus: Iudicii humilitas est, qua quis seipsum ad lumen veritatis intuet, agnoscit suam vilitatem, & se coram Deo demittit; non tamen vult ab aliis vilis haberi, aut contemni, sed potius magni aestimari & honorari. Dicitur iudicii, non quod nullo modo transeat ad effectum: (demittit enim se in abscondito coram Deo,) sed qua non ita effaceat transit, ut sicut se vilem iudicat, sic quoque ab aliis vilis haberi cupiat. Unde potissimum in iudicio remanet.

Affectus humilitas est, qua quis etiam ab aliis talem se haberi cupit, qualem se coram Deo agnoscit. De his ita *S. Bernardus loc. cit.* Est humilitas, quam nobis veritas parit, & non habet calorem; & est humilitas, quam charitas format & inflamat; atque haec quidem in adfectu, illa in cogitatione consistit. Etenim tu, si temetipsum intus ad lumen veritatis, & sine dissimulatione inspicias, & sine palpatione dijudices non dubito, quin humiliaris & tu in oculis tuis, factus vilior tibi ex hac vera cognitione fuit; quamvis nequam in fortassis id esse patiaris in oculis aliorum. Eris igitur humilis, sed de opere interim veritatis, & minime adhuc de moris infusione. Nam si veritatis ipse, quae te tibi veraciter atque salubriter demonstravit, sicut splendore illuminatus, ita more affectus fuisses; voluisses procul dubio, quod in te est, eandem de te omnes tenere sententiam, quam ipsam apud te veritatem habere cognoscis.

Et inira reptentur eos, qui solam iudicii, seu veritatis humilitatem habent. Ponderus, inquit, & pondus abominatio est apud Deum. Quid enim? Tute depretaris in secreto apud teipsum, veritatis trutinam ponderatus; & fors alterius preti inveniatis, majore te pondere vendas nobis, quam ab ipso accepisti? Time Deum; & non hanc rem pessimam facere, ut quem humiliat veritas, extollat voluntas: hoc enim est resistere veritati, hoc est pugnare contra Deum, &c.

FUNCTIONES.

Functiones, & actus humilitatis numerantur a Theologis novem praecipui.
Primo, vilipensio & contemptus sui, per quem se, quoad ea quae ex seipso habet, nihil aestimat.
Secundo, reputat se omnibus Dei donis indignum, & ad omnia ineptum: idque sine falsitate, ut docet *D. Thomas, art. 6 ad 1.* talis enim revera est secundum ea quae ex seipso habet.

Tertio, hinc sequitur, ut veritatis amore impulsus, non cupiat ab aliis magni aestimari, honorari vel laudari: quia videt id sibi non congruere, sed ei ad quo enim bonum accepit. Unde cum Apostolo dicit; Regi saeculorum immortalis & invisibilis soli Deo honor & gloria: non enim imago vel pictura laudem meretur, sed pictor: nec olla, sed paltes.

Quarto, quantum in ipso est, desiderat etiam vilis haberi & ab aliis contemni: talem enim cupit se ab aliis iudicari & aestimari, qualem se veritatis sententia, & in oculis Dei novit esse. Unde *D. Bernardus, sermo 16. in Cantica*: Verus humilis vilis vult reputari, non humilis praedicari: vult contemptu sui, hoc solo sanè superbus, quod laudes contemnat. Dixi, quantum in ipso est; quia non semper expedit, ut alii nostros defectus noverint, aut nihil nos ament, propter adificationem & fructum aliorum; ut notat *S. Bernardus, supra*.

Quinto, cum videt se magni fieri, vel honorari, dolet; nec illum honorem in animo sibi attrahit, imò nec admittit, nisi forte ratione officii aut domi, quod habet; & illa illum in Deum, saltem implicite, referat.

Sexto, conferendo se aliis, censet se omnibus viliorum & de fortiori: considerat enim se iuxta ea quae ex seipso habet, alios vero secundum ea quae ipsi ex Deo, & sic illos sibi praeponeat: Hoc enim est ingenium humilitatis, in se intueri sua mala, in aliis, eorum bona.

Septimo, subjicit se Deo veluti infimum mancipium, vel potius, sicut testa figulo, & opus suo factori, ut de se disponat pro suo beneplacito in omnibus, praesertim quae ad hanc vitam pertinent: verbis gratia, quod ad pauperitatem vel divitias, sanitatem vel morbum, infamiam vel gloriam, mortem vel vitam attinet. Unde *1. Petri 5.* Humilissimi sub potenti manu Dei, ut vos exaliet in tempore visitationis.

Octavo, subjicit se hominibus propter Deum, finis se ab illis tanquam instrumentis Dei humilari. Unde *1. Petri 2.* Subjecti estote omni humanae creaturae propter Deum, sive Regi, quasi praesentanti, &c.

Nono, denique, in externis rebus, & functionibus, quantum in se est, amplectitur semper id quod est abiectus & minus honoratum: v. g. locum inferiorem in confessoribus, locus finistrum in congressibus, locos simpliciores, officia vulgo minus honorata, vestes, suppellectilem, &c. In usu tamen exteriori debet habere rationem decori & officii quod gerit, ut ante dictum est.

Virtutis hujus functiones breviter complexus est *S. Valerianus, sermo 14. in sine*, hoc modo: Blanda est, inquit, & officiosa semper humilitas in amicitis grata, in contumeliis otiosa: non extollitur prosperis, non mutatur adversis; non indicit servitium, non extorquet officio prior ad salutandum, tardior ad sedendum: non se ab adulantium grege expectat deduci, non se ambitiose desiderat salvari: non laudis stultum postulat: non favorem vocis expectat: odit acclamantium choros, quia non sine verecundia laudatur bona conscientia. Non requirit voces adulantium, nisi qui laudatione novit indignum: verecundus autem semper laudatur amatorum studiis, qui meretur; verum ubi indignitas dominatur, notari actus suos aestimat, si illa laudatus abscedat. Circumspecta est humilitas bonitate: ut facere injuriam nesciat, ita a contumelia non requirit. Vit humilis in contentibus magis vult tacere, quam vincere: in iudicis acquiescit impertitus videri, quam impudens iudicari: non in verbis promptus, non ad respondendum paratus. Citatus vero & facili est superborum sermo, plenus contumelia, & referus injuriis; nunquam sine vulnere missus, nunquam sine dolore jaculatus: cuius insanabilis plaga est & irremediabilis macula. Ubi autem pervenerit verborum culpa, mox per satisfactionem sequitur medicina.

OBJECTUM.

Objectum hujus virtutis est, id quod congruit nostrae vilitati: hoc enim est, quod per humilitatem & interius appetitur, & exterius agitur. Et quamvis hoc quod vile est, per se non sit expetendum tanquam honestum vel laudabile; quatenus tamen est congruens nostrae conditioni, estque testimonio quaedam, quod ex nobis nihil possumus, adeoque proreptatio omnia nostra esse ex Deo, potest illa consideratione rationem honesti induere, atque sub hac ratione, vilitas & probroa esse possunt objectum humilitatis, quatenus nimirum per illa & nostram vilitatem, & divinam benignitatem testatur; quod honestum & valde laudabile in hac vita reputatur. Ut bene resolvit *Leon. Lessius, lib. 4. c. 4. d. 7. n. 53. de Iustitia & Iure*.

SUB.

SUBJECTUM.

Constat, virtutem hanc non esse in intellectu, sed in voluntate; inclinatum enim voluntatem, ut se intra mensuram sui suppositi contineat, nec ad aliquid per motum spei vel desiderii supra illam feratur.

FUNDAMENTUM.

Convenit inter omnes, fundamentum humilitatis esse notitiam sui, quae ut sit perfecta, postulat etiam cognitionem Dei; unde fit, ut conjunctissimae sint, humilitas & charitas: sicut cognitio sui & cognitio Dei non possunt a se invicem separari. Humilitas enim sequitur cognitionem sui, charitas cognitionem Dei. Itaque rectè dictum a *S. Augustino*: Noverim te, noverim me; ut amem te, & contemnam me.

INCITAMENTA.

Incitamenta humilitatis praecipua sunt tria. Primum, ratio veritatis: hoc enim, si ad ejus libellum nos appenderimus, quodammodo ad humilitatem nos cogit. Quis enim, dum suam vilitatem, pravitatem, imbecillitatem, suumque nihilum intuetur, se magni aestimare queat?

Secundum, exemplum Christi, qui est omnium esset summus, tamen in natura humana tuit humillimus. *Matth. 11.* Tollite jugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.

D. Augustinus, lib. 14. de Civitate Dei, c. 13. Nunc in civitate Dei, inquit, & civitati Dei in hoc saeculo peregrinanti maxime commendatur humilitas, & in ejus regno qui est Christus, maxime predicatur: contrariumque hinc virtuti elationis vitium in ejus adversario, qui est diabolus, maxime dominari, sacris literis edocetur. Haec humilitas mirifice elucet in tota ejus vita & passione, tanquam in absoluto quodam exemplari.

Tertium, quia humilitas est fundamentum virtutum. Virtutum, inquit *D. Bernardus, lib. 5. de consideratione in sine*, bonum quoddam & stabile fundamentum est humilitas. Et *S. Augustinus, lib. 1. de verbis Domini, sermo 10.* In te, inquit, sedi fundamentum humilitatis, & pervenies ad fastigium charitatis. Fundamentum intelligit indirecte & dispositivè. Indirectè quidem, quatenus removel virtutum impedimentum, quod est superbia. Dispositivè vero, quatenus facit hominem Deo subditum, nec paratum ad ejus gratiae influxum recipiendum, qui est virtutum semen, origo, & conservatio. Utrumque insinuat S. Jacobus in sua *Epistola, c. 5.* Deus, inquit, superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Impedit igitur superbia influxum divinæ gratiae, & consequenter virtutum studium, quod sine auxilio gratiae consistere nequit. Humilitas vero influxum illum attrahit, excipit, & colligit.

HUMILITATIS COMMENDATIO, ET EXCELLENTIA.

Excellentia humilitatis in eo sita est, quod inclinat ad nos Deo subiciendum in omnibus, & nostris superioribus tanquam instrumentis Dei. Exclamat & merito S. Augustinus: O medicinam omnibus consolentem, omnia tumentia comprimentem, omnia tabescens resuscitentem, omnia superflua recedantem, omnia depravata corrigentem! Quae superbia sanari potest, si humilitate Filii Dei non sanatur? Quae iracundia sanari potest, si patientia Filii Dei non sanatur? *Augustinus, de verbis Domini*.

Idem, Excellentia est patria, humilis est via. Ergo qui quaerit patriam, quid recusat viam? *Ad Diofcor. & iterum*: O sancta venerabilisque humilitas! Tu Dei Filium descendere fecisti in uterum S. Mariae Virginis; Tu enim fecisti involvi vilibus pannis, ut nos induerent virtutum ornamenta. Tu enim circumcidisti in carne, ut nos circumcideret in mente. Tu enim corporaliter flagellasti, ut nos a flagello peccati liberaret. Tu enim coronasti spinis, ut nos coronaret suis aeternis rosis. Tu enim infirmare fecisti, qui medicus cunctorum eras, solo verbo sanans omnia, univversa, ut infirmos sanaret. *Et in serm. de superbia*.

Et alibi: Magis cogitare debetis, quid vobis desit, quam quid vobis adsit. Quod habes, cave ne perdas. Quod nondum habes, supplicat ut habes. In quantum vis minor, est considerandum, non in quantum vis major. Si enim cogitas, quantum L. B. T. theat. viae Human. Tom. IV.

praecessisti alterum, time timorem. Si verò cogitas, quantum tibi desit, ingemiscebis. Curaris, humilis sit eris, tutior ambulabis, non precipitaberis. *Augustinus, super Matth. serm. 59.*

Supra te Deus, infra te pecora. Agnosce enim qui supra te est, ut agnoscat te qui infra te sunt. Ideoque dum Daniel agnovisset supra se Deum, agnovit enim supra se leones. *Augustinus, super epistolam Joannis, c. 8.*

Laudabilior est animus, cui nota est infirmitas propria, quam qui ea non respecta, moenia mundi, vanis syderum, fundamenta terrarum, & fastigia caelorum scrutaretur. *Augustinus, proem. 9. lib. de Trinitate*. Humilitatem sequere, non qua ostenditur, aut simulatur gestu corporis, aut fracta voce verborum; sed qua puro cordis affectu exprimitur. Aliud est enim virtutem habere, aliud virtutis similitudinem. *Hieronymus, ad Celantium*. Denique signum eximitur cupidam excellentiae hujus virtutis est, quod tam Philosophi terreni nunquam cognoverunt. Neque enim intelligebant, nisi fortè ad modum panis, quomodo homo ex se nihil boni haberet, sed omnia ex liberali munere Dei dependerent.

GRADUS.

Gradus humilitatis variis modis assignari possunt. Primum, ex parte objecti, cui ipsa se subicit. Sic Glossa in illud *Matth. 3.* Sine modo; sic enim decet nos implere, &c. constituit tres gradus. Primus est, subdere se majori, & non praeter se aequalis. Secundus est, subdere se aequali, nec praeter se minori. Tertius est, subicere se minori. Primus est sufficiens, secundus abundans, in tertio est omnis justitia.

Per primum subjicimus nos omnibus Superioribus, tam saecularibus, quam Ecclesiasticis, debitam obedientiam illis praestantes. Cum aequalibus vero socialiter, & acquiescibiliter vivimus, nolentes illis praeseri, aut majores videri, ne ad nostrum sensum aut modum eos perturbare.

Per secundum ita nos aequalibus subjicimus, ut eos nobis in animo praefereamus, eos honoremus, honoratiorem locum libenter concedamus, & faciliè in rebus honestis nos illis accomodemus.

Per tertium praeponeimus nobis inferiores, tum interius in animo, tum etiam exterius, quando id decore fieri potest, libenter profertendo illos nobis doctiores, sanctiores, &c.

Secundo, assignari possunt humilitatis gradus juxta naturalem ordinem actionum, quibus ad perfectissimum humilitatis actum ascenditur. Hoc modo a D. Anselmo, *lib. de similitudinibus, c. 99. usque ad 108.* ponuntur septem gradus, quos sigillatim ibidem explicat.

Primus est, cognitio sui, nimirum quoad peccata & defectus culpabiles. Haec cognitio est humilitatis fundamentum.

Secundus est, dolor de suis peccatis, & imperfectiōibus.

Tertius, confessio illorum; nempe non solum in Sacramento, sed etiam cum rogatur a Superiori, & aliis quando ratio dicitur: Nolle enim culpam fateri, signum est arrogantiae.

Quartus, ut non solum fateamur nos peccasse, sed etiam velimus id ab aliis credi.

Quintus est, ut patienter feramus hoc de nobis dici: Quidam enim semetipsum fati judicant, inquit Anselmus, & culpam fatentur; sed ferre nequeunt, ut tale quid ab aliis dicatur, vel ab aliis vituperentur.

Sextus, patienter ferre, se pro sua culpa contemptum tractari, vel puniri.

Septimus est, desiderare culpam in nobis vindicari, & de eo gaudere. Ille enim perfectissime pro culpa se humiliat, qui non solum se culpabilem & dignum punitione fateatur, & poenam sine murmuratione sustinet; sed etiam ipsam punitionem amat.

S. Augustinus in lib. de S. Virg. ad cognoscendos gradus humilitatis, generatim hanc regulam praeficit: Mensura humilitatis cuique ex mensura ipsius magnitudinis data est, cui est petuolosa superbia, quae amplioribus infidiatur.

S. Benedictus vero in regula sua 72. numerat humilitatis gradus pro Monachis, quos breviter hic describam.

I. Si timorem Dei sibi ante oculos semper ponens, semper sit memor Dei & praecceptorum ejus.

II. Si vocem Domini factis imitetur dicentis: Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me.

III. Ut quis pro Dei amore omni obedientia se subdat majori, imitans Dominum, & quo Apostolus: Factus est obediens usque ad mortem.

S 2 IV. SI

A IV. Si in ipsa obedientia duris & contrariis rebus, vel etiam quibuslibet irrogatis injuriis patientiam amplectatur.

V. Si cogitationes malas, vel mala a se absconde commissis per humilem confessionem Abbati non claverit suo.

VI. Si omni vilitate & extremitate contentus sit Monachus, & ad omnia quae sibi injunguntur, velut operarium malum se judicet & indignum.

VII. Si omnibus se inferiorem & viliozem non solum lingua pronunciet, sed etiam intimo cordis credat affectu.

VIII. Si nihil agar Monachus, nisi quod communis monasterii regula vel majorum cohortantur exempla.

IX. Si servet silentium, nonfrange Scriptura, quia in multi loquio non effugietur peccatum.

X. Si non fit facilis in risu.

XI. Si humiliter eum gravitate pauca & rationabilia verba loquatur, & non sit clarosus in voce.

XII. Si non solum corde, sed etiam corpore humilitatem ubique indicet, inclinatio capite semper & dehis in terram & alpectibus, Deum se omni hora de peccatis suis existimans intrucri.

B Horum graduum defensionem suscipit S. Thomas in 2. par. summe Theologiae, qua dicitur 2. 2. quae. 161. art. 6. Eodem commentarius, ubi etiam totam Benedicti regulam, illustrant Smaragdus Abbas, Ioan. de Turcremata, Cardinalis, & nuper Joannes Trithemius, Abbas quondam Sphanheimensis, editis Moguntiae.

S. Anselmus lib. de similitudin. numerat septem humilitatis gradus, quorum primus fit, contempibilem se esse cogitare, 2. de hoc docere, 3. hoc consistere, 4. persuadere, ut scilicet hoc velit credi, 5. ut patienter sustineat hoc dici, 6. ut patienter se contempibilem tractari, 7. ut hoc amet.

S. Bernardus de gradibus humil. prolixè exponit 12. gradus superbiae ad rectius intelligendos 12. gradus humilitatis S. Benedicti, iuxta illud Philosophi: Opposita juxta se posita magis elucescunt. In sententiis vero suis ita scribit: Septem gradus deficientionis habet humilitas. Abdicacionem rerum, exemplo Apostolorum. Abdicacionem vestium, sicut Elias & Joannes. Corporis exercitium, ut Paulus. Directionem in prosperis, instat David pauperis & Regis. Patientiam in adversis, sicut Job & Tobias. Er paulo post, Humilitatis virtus habet haec tria. Superiori subdi, ut ad ejus aequalitatem nullam ambitionem vel invidia rapiatur. Aequali non praeferi, ne illicito appetitu Superiori velle fieri videatur. Minori subdi potius quam praepari, ut ex hoc humilitatis veritas comprobetur.

Auctor Glosse Ordinarie in Mattheum: Perfecta, ait, humilitas tres habet gradus. Primus est subdere se majori & non praefere se aequali, qui est sufficiens. Secundus est subdere se aequali nec praefere se minori, & hoc dicitur abundantas. Tertius gradus est subdere minori, in quo est omnis justitia.

EXEMPLA S. SCRIPTURAE.

Dixit Angelus ad Agar: Reverte ad dominam tuam, & humiliate sub manu ipsius. *Genes. 16.*

Humiliter loquebatur Abraham Domino, dicens: Loquar ad Dominum meum, eum sim pulvis & cinis. *Genes. 18.*

Multum humilavit se Jacob coram Esau, & sic contempsit iram ejus. *Genes. 33.*

Quinquies excuavit se Moyses, antequam vellet accipere ducatum populi, quem tamen Dominus imponebat ei; nec acquievit, donec Dominum intellexisset iratum. Unde textus: Iratus est Dominus in Moyse, &c. *Exod. 3. & 4.*

Moses utile consilium pagani hominis non despexit, sed ei humiliter acquievit. *Exod. 18.*

Moses videbat se habere ducatum Domini specialem, & tamen non designabatur rogare Obab filium Raguelis, ut secum veniret, & ductor populi esset. *Num. 10.*

Gedeon, Angelo dicenti sibi: Vade, in hac fortitudine tua liberabis Israel, respondit: Ecce familia mea infima est in Manasse, & ego minimus in domo patris mei. *Jud. 6.*

Viri Ephraim jurgantes fortiter & tumidi contra Gedeonem, sedati fuerunt per ejus mansuetam, & humilem responsonem. *Jud. 8.*

Dixerunt omnes F. Israel ad Gedeonem: Dominare nostrum, & filius tuus: Quibus ille ait: Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus; sed dominabitur vobis Dominus. *Eodem.*

Humilitatem protendeat Saul in opere & sermone, antequam unctus esset in regem, quando querebat asinas patris, & excubabat se apud Samuelem. Er postea dictum est ei c. 15. ejusdem: Nonne cum parvulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es, &c. *1. Reg. 9.*

DAVID, licet per Samuelem effectus unctus in regem, tamen de mandato patris portabat victualia fratribus, quibus praefectus fuerat. *1. Reg. 17.*

DAVID humilavit se coram Saule, quando debebat fieri gener regis. *1. Reg. 19.*

Et coram Deo, quando saltavit ante arcam: ait enim, L. Ludam, & vilior sum, plquam factus sum: etiam humilis ero in oculis meis. *2. Reg. 6.*

Et quando venit Nathan ad eum, nuntians ei voluntatem Domini, de perpetuitate regni. *2. Reg. 7.*

Item & coram servo, audiens, quod malediceret ei Semei. *2. Reg. 16.*

Et in multis aliis locis, ut quando Deus eum propter peccata corripuit & punivit. *1. Reg. 24.*

Humiliter respondit Miphiboseth, inique accusatus a servo suo, exhaereditis injuste. *2. Reg. 19.*

ACHAB rex Israhelisticus Israel, audiens penam sibi pro F. criminibus infligendam, humiliter est coram Domino: propter hoc Dominus illam penam aliquatiter minoravit. *3. Reg. 21.*

Princeps ille, qui humiliter loquutus est ad Eliam, non fuit tactus ab igne, sicut alii duo quinquagenarii, qui venerant ante illum. *4. Reg. 1.*

Veniens ad Jordanem Elisaeus, primò percussit aquas nihil dicens, & non fuit divise aquae: Deinde invocavit nomen magistri sui, & divise sunt aquae. *4. Reg. 2.*

SEMEJAS propheta dixit ad Roboam & principes ejus: Haec dicit Dominus: Vos reliquistis me, & ego reliquam vos. Qui confirmati dixerunt: Justus est Dominus. Cumque vidisset Dominus, quod humiliati essent, factus est sermo Domini ad Semejam, dicens: Quia humiliati sunt, non disperdam eos. *2. Paral. 12.*

Humiliter est Ezechias, postquam elevatum fuerat cor ejus in adventu nuntiorum Babylonis; & idcirco non venit ira Domini in diebus illis. *2. Paral. 32.*

Audientes ff. Israel terribilem potentiam Holofernis, clamaverunt ad Dominum cum instantia magna, & humiliter G. runt animas suas. *Judith. 4. & 8.*

ESTHER regina confugit ad Dominum, & corpus suum humilavit juvenis; oranque inter cetera dixit: Tu fuis Domine, quod abominor signum superbiae, &c. *Esth. 14.*

Cum diceret Dominus Jeremiam esse Prophetam, ille humiliter se excuavit, & ait: A, 3, a, Domine Deus, ecce nescio loqui, &c. *Jerem. 1.*

NABUCHODONOSOR ambulans in Aula Babylonis, arroganter loquutus est: deinde ejectus ab hominibus, & in bestiam mutatus, recuperavit sensum, & recognovit, quod omnes habitatores terrae apud Deum in nihilum redacti sunt. *Dan. 4.*

Cum percussus esset Antiochus adeo insanabili plaga, ita ut nec ipse sciretorem suum ferre posset, ait: Justum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire. *2. Math. 9.*

JOSEPH humiliter se reputans non esse dignum consortio B. Mariae, quam concepisse videbat, non humano opere, sed divino munere hoc factum esse credebatur, voluit occultè dimittere eam. *Math. 1.*

In diebus illis, in Magis apparere mira fuisse humilitas, quando invenerunt puerum cum Maria Matre ejus, & precidenties adoraverunt eum. *Matth. 2.*

Dum tunc esset reputationis Joan. Bapt. ut populus crederet ipsum esse Christum, dixit: Veniet fortior me post me, cuius non sum dignus solvere calcameum corrigiam. *Matth. 3. Luc. 3. Joan. 1.*

Non erubuit Christus, Dei virtus & sapientia, ab eodem themate praedicationem suam incipere, a quo suam inceperat Joan. Baptistam, Penitentiam agite, &c. *Matth. 3. & 4.*

B. VIRGO MARIA ab Angelo tam venerabiliter salutata, & mater Filii Altissimi appellata, non superbit inde, nec se vocavit matrem Dei, aut dominam, led ancillam. *Luc. 1.*

Item non misit pro Elisabeth cognata sua, sed humiliter ivit ad illam. *Luc. 1.*

Cum

A Cum Elisabeth Spiritu S. repleta cognovisset, quod factum fuerat, tunc divinam commendavit misericordiam & potentiam Mariae, dicens: Magnificat anima mea Dominum: Quia respexit humilitatem ancillae suae, &c. *1. Id.*

Humiliter & fideliter respondit Centurio, dicens Domino volenti ire ad sanandum puerum suum, &c. Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum. *Matth. 8.*

Videns Petrus ad praecceptum Domini se conclusisse multitudinem piscium copiosam, prociatit ad genua ejus, dicens: Exi a me, quia homo peccator sum, Domine. *Luc. 5.*

Salvator noster publicare miracula sua prohibebat, ut fugere doceret jactantiae & vanitatis vitium, & daret verae humilitatis exemplum. Sicut patet in leproso mandato. Et in duobus caecis ab eo illuminatis. Item in surdo & muto sanato. *Matth. 9.* Et in sua transfiguratione dixit: Nemini dixeritis vitionem. *Matth. 17.*

Cum dixisset Dominus mulieri Chanaanaz, Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus; illa mulier dixit: Etiam Domine, nam & canes, &c. *Matth. 15.*

B Querentibus discipulis, quis esset major in regno caelorum, respondit Dominus: Quicumque humiliterit se sicut parvulus iste, & hic major erit in regno caelorum. *Matth. 18.*

Exemplum vel parabola humilis urbanitaris induxit Dominus: Cum invitatus fuerat ad nuptias, non discumbas in primo loco. *Luc. 14.*

Ad faciendam jactantiam, & humilitatem seclandam, multum valet exemplum, quod inducit Dominus de superbo Pharisaeo, & humili Publicano. *Luc. 18.*

Humilitas Joannis Baptistae apparuit multipliciter: quia videlicet de se humiliter sentiebat, existimans populo, quod forte ipse esset Christus, *Joan. 1.* Non sum ego Christus. Item humiliter loquebatur: Ego vox clamantis in deserto. Negavit se esse Christum aut Prophetam. Tum etiam humiliter induebatur pilis Camelorum. Humilem habitationem eligebat. *Luc. 1.* Erat in deserto, &c. *Joan. 1.*

Et humiliter recusabat baptizare Dominum, dicens: Ego debeo baptizari a te, & tu venis ad me? *Matth. 3.*

Humiliter Maria Magdalena & frequenter legitur secus pedes Domini se posuisse, &c. *Luc. 7. 10.*

Querenti Domino, an Petrus diligeret eum plus aliis discipulis, respondit humiliter, dicens, Tu scis Domine, quia amo te plus aliis, &c. *Joan. 11. & 12.*

Præcipua humilitatis exempla accipere possumus & debemus in Salvatore nostro, cujus conversationem in terris considerate possumus, quia ipse concepit voluit in patria despecta videlicet in Galilea. De qua loquitur *Joan. 7.* Scrutate & videte, quia Propheta a Galilea non surrexit. Unde admirando dixit Nathanael, A Nazareth potest esse aliquid boni? *Joan. 7.*

Item de humili matre natus fuit, quae dixit: Respexit humilitatem ancillae suae, &c. *Luc. 1. 2.*

In domuncula parva & loco humillimo. *Luc. 2.* Reclinavit eum in praesepe, &c.

Item quasi per annos 30. latuit in mundo, ita quòd nihil legitur de eo, nisi cum esset annorum duodecim, remansit in Jerusalem, & inventus est in templo audiens & interrogans, & determinans contra praesumptuos, qui nimis festine ad onus D. decernendi prorumpant. Sequitur ibi. *Luc. 2.* Descendit cum Maria & Joseph, & erat habitus illis. *Eod.*

Exinde circa annum 30. ad Joannem Baptistam venit, ut baptizaretur ab eo, non pro eo misit, contra multos, qui ad minores se pergere designantur. *Matth. 3.*

Item humiles discipulos elegit, & cum eis humiliter conversatus est. Er eis præcipue de humilitate docuit: Dicitur a me, quia mitis sum & humilis corde: unde & filium hominis se dicebat scopus, quam filium Dei, licet utramque esset verum secundum duas naturas in ipso: tamen ab inferiore frequentius se nominabat. *Matth. 4. & 11.*

Humiliter versatus est cum hominibus. Interesse voluit pauperibus nuptiis, ubi vinum defecit. Non autem interfuit splendidis & divitibus nuptiis, in quibus sunt frequentes enormes excessus. *Matth. 8. 12. 20. & 26. Joan. 2.*

Cum cognovisset, quia venturi erant, ut raparent eum, & faceret eum regem, fugit in montem. *Joan. 6.*

Diarrachmam, quasi servus aut alienus, exsolvit. Idem non habebat, ubi caput suum reclinarat. *Luc. 9. Matth. 17.*

Et circumiens civitates & castella pedes ibat, ita quòd aliquando fatigatus ex itinere fidebat super fontem, & a m. *B. Theatr. vite Human. Tom. 117.*

liere Saragitanam bibere postulabat. *Joan. 4.*

Quando vero venit Jerusalem, nobili vectura uti nolit non equum, sed asellum habuit. *Matth. 21.*

Transitus ex hoc mundo ad patrem, relinquere voluit speciale humilitatis exemplum, cum pedes discipulorum lavisset, & linteo quo præcinctus erat exierit. *Joan. 13.*

Præcipue autem in passione nimis seipsum humiliavit, factus obediens usque ad mortem, non quamcumque, sed crucis. *Phil. 2.* Quae erat genus mortis turpissimum, ut in Evangelis omnibus patet.

De quo notari potest, quòd superbi & mundi amatores circa seipsum versari solent & appetere, vel in adeptis specialiori gloria, quibus constat in cruce Dominum crucifis, & contraria habuisse. Haec autem dici possunt: Terrena affluentia, mundana sapientia, carnalis letitia, popularis fama, turba famulorum, dejectione inimicorum, numerositas amicorum. Christus Jesus autem Dominus noster in cruce fuit pauperimus, quia vestimentis nudatus. *Joan. 19.* Fuit sclusus & insipientis reputatus. Nam verbum crucis pereuntibus stultitia est. *1. Cor. 1.*

Item diffamatus fuit, & seductor populi appellatus. Unde F. dixerunt de eo Principes Sacerdotum: Recordati sumus, quia seductor ille, &c. In cruce insuper quodammodo fuit victus, quia occisus inclinatio capite tradidit spiritum. Ibi etiam amicum nullum habuit: Torcular calcavi solus, & de genibus non est vir mecum. *Psal. 87.* Elongasti a me amicum & proximum. Item famulis & servitoribus in cruce caruit, unde dicitur: Discipuli relicto eo omnes fugerunt. *Psal. Factus sum sicut homo sine adjutorio, &c. Matth. 27.*

Post miraculum de claudio per Petrum sanato, humiliter loquutus est Petrus, non adhibens factum sibi, sed divine virtutis, & per invocationem nominis Jesu Christi, &c. *Act. 3.*

Cum introisset Caesarem Petrus, obviam venit ei Cornelius, & precidens: Surge, & ego ipse homo sum, ait Petrus, elevans Cornelium. *Act. 10.*

Audientes Paulus & Barnabas, quod homines de civitate Lystris dicebant eos esse Deos, & eis sacrificare volebant: concisistis unctis, exilierunt in turbas clamantes, & dixerunt eis: Viri, quid hoc facitis? & nos mortales sumus similes vobis, &c. Tandem vix sedaverunt turbas, ne sibi immolarent. *Act. 14.*

G Paulus Apostolus manibus operabatur, ut haberet necessaria sibi & locis, propter quod etiam morabatur cum Aquila & Priscilla, qui erant ardui sceno factoriae, sicut & ipse. *Act. 18.*

Alibi dicit: Ad ea que michi opus erant, & his qui mecum sunt, ministraverunt manus illæ. *Act. 20.*

Humiliter de se sentiebat Paulus, qui fratrum orationibus confidebat. Adjuvantibus vobis in oratione pro nobis, ait. *2. Cor. 1.*

Oraciones aliorum sollicitè postulavit, unde ait: Obsecro vos fratres per Dominum nostrum Jesum Christum, & per charitatem spiritus Sancti, ut adjuvetis me in orationibus. *Rom. 15.*

1. ad Cor. 4. & Thess. 4. Vobis etiam suis veram humilitatem interius indicabat. *1. Cor. 15.* Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, &c.

Et Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum, &c. *1. Tim. 1.*

Item ad humilitatem alios sollicitè inducebat, ait enim: Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. *Rom. 12.* Et ad *Philip. 2.* In humilitate superiores sibi invicem arbitantes, &c.

EXEMPLA HISTORICA.

Quibus humilitatis virtus, & illius varis premia, & encomia, adferuntur.

Quid acciderit S. Fulgentio Ruspenae Episcopo in duobus Conciliis, Uzenesi videlicet & Syphetano, dignum memoria exemplum aucto: In Concilio quoque Uzenensi; iudicio sacerdotum omnium, qui conveniant, Episcopo cuidam nomine Quodvult-Deus, qui priorem se illius existere confirmabat, antipositus & præfatus, ipsa die tacuit, nec auctoritatem Concilii excusando minere voluit: sed ubi post Concilium dolere sensit Episcopum, timens propter suam honorem scandalum fratri, meliusque iudicans, per charitatem se fieri minorem, quam sine charitate se fieri majorem: Syphetani postea Concilii gloriosum respiciens conventum adeste, precem supplicem coram omnibus fudit, ut sibi rursum, se volente, Quodvult-Deus Episcopus præterretur; ut nomine

A suo posteritatis recitatio, laus deinceps viveret consacerdotis animo conciliato. Mirari sunt Episcopi humilitatem...

Amicus Episcopi Aquila, & Cardinalis creatus a Paulo secundo, patris imitatione opilio fuit. Verum doctrina excellencia ad tantos honores pervenit.

Anno 1010. Vvilgeius Archiepiscopus Moguntinus, qui Henricum consecravit, humilem ortum habuit: pater enim ipse curifex fuit...

Convenientibus Episcopis universis ad agendam tubilem examinationem de Ariti propositionibus in Concilio Niceno...

Admiracione quoque & memoria dignum est quanta animi demissione condescendit Robertus Gallus Rex cum Episcopis interesse hujusmodi publicis conventibus...

Qui deposuit potentem de sede, idem exaltavit humilem, & de throno crevit pauperem, collocavitque cum principibus populi...

ALPHONSUS Aragonum, Neapolis & Siciliae Rex. Pe te ex loco humantatis sub fin. T. ii. humanis. accidenti. & Reconciliatio.

ADOLPHUS Comes Holatiae, propter Christum ex opulentissimo & potentissimo Principe Monachus est factus...

potentiam, quae homines in tam amplo honoris gradu locare E possit. Joan. Zonar. tom. 3. Annal. in fin. & Evagr. lib. 4. c. 1.

Quanto major erat S. Ludovicus Francorum Rex, tanto humilior, instar Davidis Regis, se gerebat, & coram Deo propria exultatione viliore sibi videbatur.

Cum S. Eduardus Anglorum Rex in palatio juxta Ecclesiam B. Petri aliquando moraretur, supervenit quidam vir Hibernicus genere...

Deus altioribus S. Francicum Assinatam dignum judicabat fastigiis, secundum quod uni fratri, viro virtutis & devotionis praecipuae...

ALPHONSUS Aragonum, Neapolis & Siciliae Rex. Pe te ex loco humantatis sub fin. T. ii. humanis. accidenti. & Reconciliatio.

ADOLPHUS Comes Holatiae, propter Christum ex opulentissimo & potentissimo Principe Monachus est factus: ex gloriose milite laicali, humilem se fecit peditem.

A equis Comitum more secularium, passus est humanis aliis quid, ut robore ceperit perfundi; sed ille infremuit, & robur mentis advocans...

Vir vita venerabilis, Constantius nomine, in Anchoni-tana Urbe mansionariiungebatur officio in Ecclesia S. Stephaniani: cujus sanctitatis opinio sese ad notitiam hominum longè lateque extenderat...

C. Cur se & in alienis oculis viles aspiciunt, idcirco gaudent, quia hoc judicio confirmati intelligunt, quod de se & ipsi apud semetipsos habuerunt. D. Gregor. lib. 4. Dial. cap. 5.

D. Cui cum frater diceret ex adverso, quod hoc non posset sana conscientia dicere, nec sentire, subjungit: Si quantumcumque sceleratum hominem tanta fuisset Christus misericordia...

PAULA ROMANA matrona (ut Hieronymus refert) maternum genus à Scipionibus Graecisque, paternum ab Agamemone potentissimo quondam Graeciae Rege ducens...

parebar. Intellexit profectò sapientissima mulier, hominis nobilitatem non genere, non potentia, sed virtute consistere...

Cuidam athletæ Christi fortissimo, qui ad hanc beatissimam virtutem festinabat, impuri daemones laudem in corde subleminant. At ille divina inspiratione malignorum spirituum nequitiam pio & religioso compendio vincere aggre-deditur.

Cum Joan. Climacus spiritalis instructionis & edificationis gratia diversâ petultraret monasteria, & sibi in quodam loco ad mensam assidentem in aurem Abbas suggessisset, Vis, inquam, Climace, singulare humilitatis exemplum aliquod videre?...

Pertexerunt aliquando Fratres quidam ad Agathonem Abbatem nominatissimum in virtute humilitatis & patientiae, & volentes probare, num verè humilis esset, dixerunt: Multi scandalizantur in te, Pater, quod nimio superbit vitio necearis...

ELISABETHA Regis Pannonum filia, Ludov. Langravio Thuringiae matrimonio junctâ, cum inter opes luxuriamque verfaretur, pauperum animo affectabat. Interdum domi sola cum ancillis mansens, vilissimum fumebat amictum...

A omnia, quae habere potuit, indigentibus dedit: & constructo xenodochio, egenorum agrotantium ministrum se fecit.

BERNARDUS DE QUINTANAALLE, Beati Francisci in terris olim laborum socius fuit. Ab illius oculis, veluti duabus lucidissimis stellis, miri splendoris radios promicare in visu conspexit Leo frater: & accepit ipsum ideo habere fulgentes oculos, quod neminem unquam intutus fuerat, quem se meliorem non iudicaret, Fertur enim, si quem vili veste tectum aspiceret, sibimet dicere solitus: Hic patientius paupertatem tolerat, quam tu Bernarde, & si quem pretiosis indutum; Hic forte sub veste delicata melior est, quam in Bernardo sub tunica rudi. Merito igitur oculi illi radiarunt, quorum aciem nulla unquam temerarii iudicii hebetaverat lippitudo, & semper integrum purumque conservarat veteri sanctaeque collyrium humilitatis. Marul. lib. 5. cap. 1.

HUMILITATEM OSTENDERE, QUANDO. UBI. IN Pompa, Triumpho.

HERACLIVS Imper. victis Persis Hierosolyma adiit, ac Crucem & Patriarcham Sedi atque honori suo restituit. In Ritualibus invenio, cum equo insidens ad urbem accessisset, portam suam sponte esse clausam. Cujus rei admiratione attonitus, dum causam quatit, vocem de caelo audivit: Regem regum non ita Hierosolyma esse invectum. Qua audita exemplo de ex equo deiecit, ac nudis pedibus, porta ultro patente, intravit. Factum est autem, ut multorum morbis ad Crucis recuperationem sanatis, Ecclesia diem festum in ejus honorem instrueret, quem Crucis exaltationem vocavit. S. Igon. lib. 2. regni Ital.

GODOFRIDUS BOLIONIVS, receptis Hierosolymis, ob virtutem a Latinis proceribus rex dictus, coronam auream in eo loco gestare noluit, in quo Rex regum spineam propter sua & totius mundi peccata pertulisset. Titius.

FRANCISCUS Minorum pater cum fratribus postea mensa recubens, & mensarium lectorem de virginis puerperae in Bethlehem hospitantis angustia mentionem facere audiens, continuo conlurgens, humi reledit, atque ait: Nunquid ego peccator, ego nequam & inutilis servus, ad mensam sedere debeo, cum Dei genitrici in diversorio locus non fuerit? cum mundi opifex ac Dominus natus sit in stabulo, reclinatus in praesepe? Sic dicens, panem suum provolvens in terra cum gemitu comedit. Marul. lib. 1. cap. 8.

LAURENTIUS MEDICES in supremis vitae momentis cavuit, ne pluriquam civili pompa funus efferretur. Sed qui eam inanis spectaculi gloriam speraverat, a publico omnium iudicio multo ampliore & speciosiore tulit, cum ei mox veluti custodi auctoritatis & otii, non modo Florentina patria, sed totius Italiae populi, externaeque gentes, incredibili cum dolore, ac multis cum lacrymis iustissimè parentarint. Iov. in Leone X. lib. 1.

PETRUS LAURETANUS, qui multa contra Philippum Vicecomitem terra marique pro Venetis edidit praeclara facinora morbo contumptus, ut ipse testamento mandat, nudis calcibus, faxoque ad caput constituto, sine ulla funebri pompa, patris comitantibus, ad Helensæ adem elatus est. S. ab. lib. 3. Dec. 3.

ADRIANUS TURNEBUS, Graecæ linguae in Academia Parisiensis Doctor celebrissimus, abique omni funeris pompa efferri voluit. Hanc ejus voluntatem verbis quidam complexus est:

Veniens in lucem hanc saepe sine: sic sine saepe Ad veram lucem quemque redire debet. Hunc cinerem cineri mandate: At credite mentem Ad patrem lucis, qui dedit, ire Deum.

Memorable id fuit in serenissimo Alberto Austriaco Belgarum Principe, quod quamvis foret Caesareo stemmate & indole, patriæ suæ & Provinciarum Belgarum amatissimus, non tamen ultimum defuncto sibi Mausoleum extrui iussit, sed ex vias corpulculi sui inferri tumulo in æde D. Gudulæ abique pompa. Imò si extra Bruxellam eum mori contigeret, XII I. dumtaxat funalibus accensis ad honorem Deiparæ Virgæ, & XI I. Apostolorum circumdari mandaverit. Eò tamen felicitior, quod honores apud gratissimos cives invenerit, quos rejecerat, omniumque oculis & pectoribus fuerit tumultus.

Ex orat. s. nebræ de eodem habitus per L. Beyerli, Antver. E. pia.

DOCUMENTA ET APOPHTHEGMATA.

Ex libro Apophthez. Christi. L. Beyerlink.

Nunc eorum dicta, & documenta in medium proferantur, qui humilitatis decus amplexi, & a iactantia vitio remoti, eam cum virtutum alumnis, veramque custodem, toto conatu lectati sunt; qui tantò majores in conspectu Dei apparere, quanto de apud homines reputantur minores. Ut autem Salvatoris nostri summam humilitatem taceamus, certe præclara ejusdem de hac virtute dicta judiciumque nullatenus erunt prætereunda. Cum per soluto statere, à discipulis inquireret, quanam de re inter se altercarentur, accedentes rogabant: Quis putas major est in regno caelorum? & advocans Jesus parvulum (quem alii fuisse Ignatium Episc. Antiochenum existimant; alii veritas Marcellum Pont.) statuit eum in medio eorum, dicens: Amen dico vobis, nisi converti fueritis, scilicet ab hac stultitia contentione & ambitione, & efficiamini sicut parvuli, nempe quoad sinceritatem, qua alter se alteri præfert: non intrabitis in regnum caelorum. Quicumque ergo humiliter se sicut parvulus iste, videlicet humiliter de se sentierit per virtutem, ut ille per artem; hic major est in regno caelorum. Hinc præclare Ambros. Quiquis cupit divinitus tenere fastigia, humilitatis ima secedat. Marul. c. 18.

Miræ humilitatis vit. S. Hilarius veterer evocatus ab Synodo, Leonis Papæ autoritate cœlestam, sed tardius quam oportuerat: venit Leo, ne quis aspergeret venient. Ille conspicatus sibi locum non dant apud Episcopos, nihil molestè ferens, humi reledit, inquam: Domini est terra, & plenitudo ejus. Herm. Gigas.

At quanta humilitatis vis sit & efficacia, non minus pie quam acutè Fr. Agidius, comes sancti Francisci, hoc similitè explicavit: Humilitas, inquit, ubi fulminis instar esse videtur, quod ferit quidem, sed nulla post se sui vestigia relinquit. Ita sanè humilitas omne peccatum non odit solum, verum etiam dissipat, & tamen ut homo in oculis suis nihil sit, efficit. Libet hic attere, quomodo humilitatis vim complexus sit Iac. Tillius in Antolog. sacr. ubi ait: O Deus! o quis istius vita est humana periculis Subdita? quis tali vivit ab hoste necem? Quoquo oculos verto, subsum discrimina mille, Tenus anima cerno rexia mille meæ. O Deus! ecquisquam fingit tot rexia? vano Mens mea que saepe libera semper erit.

S. Ivo tom. 7. in vit. Th. Stapl. Dom. 4. Advent. in Prompt. Morali.

Admirabatur summam sancti Hugonis Lincolnien. Episcopi humilitatem Gulielm. Lincolnienfium Cancellarius; ac dubitare cepit, num qua mentem ejusdem attingeret elatio, dixitque: Domine, sanctus Martinus leprosum osculo sanavit, cur & tu leprosum, quos osculari, non sanas? cui incurciantur ille; Osculum Martini leprosum sanavit, osculum autem leprosum animam meam sanat. Illa est vera humilitas, ait in Moral. Gregorius, qua quis de se parva aestimat, & bona aliorum sine livore commendat. Sur. tom. 6. in vita.

Quin tantoperè priores illos miramur? Ipse Gregorius ad supremum honoris apicem præter voluntatem evedtus, & dictis & factis in tanta dignitate humilitatem servavit maxime, ita ut aliis de præclara testimoniis ferentibus diceret scriberetque: Ego nihil sum aliud, quam servus servorum Dei. Quo nomenclaturæ titulo deinceps gavisus sum Pontifices. Io. Dia. lib. 20. 1. Marul. lib. 1. cap. 5.

SANCTUS IGNATIUS LOJOLA, summa spectantibus, ab imis suadebat incipiendum: neve altum iaperent, sed humilitate sibi viam ad excella munirent: dicebat autem; Tum demum ædificium stare poterit, si humilitatis fuerit fundamentum constitutum. Ribad. lib. 5. vita ejus, cap. 3.

FRANCISCUS BORGIA quoque virtutum omnium & humilitatis potissimum cultor, quo die Hebdomadis majoris Christum discipulorum pedes abluit, Ecclesiam recolis, ad Tyrone verba faciens; Nullum, inquit, hodie in mundo locum repert. Sextum enim jam annum ad Judæ pedes illum mihi fingebam; nunc dum Christum atente considero nisi advolvendo, lavare, tergere, osculari, nullum mihi inde expulso relicto loco, Idem lib. 4. cap. 1.

Quin & de eodem meminit præfatus auctor, quòd, cum in

A in Præpositum generalem aditus esset, electores collegas suos obnixè rogavit, se orationibus & consilio juvarent: Jumentum, inquam, factus sum apud vos. Si oraverem per vos non sit, onus cum cellulis tollitur. Idem vos facite, imperium tolle, si tanto oneri impar videar. Ibid. lib. 3. cap. 1.

Nunc ancillarum Christi humilitatem retereamus: eo enim nomine de dignam dumtaxat reputatam Dei genitricis; ab Archangelo namque salutata; & Altissimi marer nuncupata, nullatenus eo titulo elata fuit; sed innatam humilitatem professilla, Ecce, inquit, ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, Luc. cap. 1.

Græcharum stirpe nobilis S. Paula, humilitate nobilior, cum omnibus propter Christum exuta, hominum tamen aculeos evadere non potest, seque stultam à pluribus reputari intelligeret, in hac vocem erupit: Theatrum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus: nos stulti propter Christum, sed stultum Dei, sapientia est hominibus. Marul. lib. 5. cap. 2.

Neque fuit ab hac virtute alienus Rom. Imperator, qui cum in cenobio, in quod à filiis dominandi libidine accensus fuerat demissus, argueretur à fratribus, quòd domum mundaret, respondisse fertur: Luculentius regnat, qui servorum Dei humilitatis delectur, quam qui potentibus mundi peccatoribus imperat. Benè in eundem fere sensum Horatius.

Latini regnet, avidum domando Spiritum, quam si Lybiam remotis Gadibus jungas, & uterque Pannus Servatus uni.

Luispr. lib. 5. cap. 1. Sed & janissimi Caesaris Caroli V. in signo ad humilitatem documentum est. Postremo ejusdem ex Germania recessu, cum Ulisinga ventos navigationi propitios expectaret, factum, ut cum Seldio Ferdinando stantis Legato in seram noctem de rebus seriis ageret, Jam & nox & luna formosum postulabant, signoque nota dato, nullo è ministris somno vinoque se-pulsis accurrente, ipse Carolus candellam arripit, Seldio quoque modo renitentem præfert: Eque per gradus ad quietis locum deducto: Hoc tibi monumentum, ait, Caesaris illius Caroli habeto Seldi, tot exercitiis & satellibus quondam stipati, quem nunc solum, & à familia etiam desertum vides; & cui tu tot annis servivisti, ille tibi servit, & lumen præstat. Quid hoc Principe humilis: quid modestus? Sanè quò fortuna altius Evexit ac levavit humanas opes, Hoc se supprimere magis felicem decet.

Cybir. Orat. de Carolo 3.

DE HUMILI SUI ESTIMATIONE.

Vide pleraque in loco de Honore. Tit. Honoris contemptus.

Subjiciamus magnè huic virtuti suum effectum, qui est contemptus sui. Humilis enim hoc loco superbus (ut habet Bernard. Serm. 16. in Cant.) quòd laudes contemnit. Ita Domini adventus Præcursor & prænuntius, cum benè admodum & præclare apud omnes audiret, & Judæi mirarentur Hierosolymis Levitas, qui prædicationis ejus excellentia peritior, sciscitarentur, quis esset; tamen neque se Christum, neque Eliam, aut unum è Prophetis confitens, aiebat: Ego vox clamantis in deserto. Cumque inlitterent illi, quanam excellentie baptizaretur: protestatus suum baptismum non esse tantæ excellentiæ, ac futurum erat illud novæ Legis à Christo institutum: subjiciebat: Ego baptizo in aqua, medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis: ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est: ejus ego non sum dignus, ut solvam ejus cottigiam calcanteus. Ioan. c. 1. Mar. c. 3. Luc. c. 3.

Quis Evangelici Centurionis humilitatem pro merito admiretur, quam ipse Salvator noster tantoperè admiratus perhibetur? Miserat quippe ad eum amicos, seniores Judæorum, qui super infirmitate filii deprecarentur: per quos etiam dicens Domino, Veniam & curabo eum, ipse responderit iussit: Domine, noli vexari: non enim sum dignus, ut sub tectam meum intres; propter quod & me ipsum non sum dignum arbitratus, ut venirem ad te; sed die verbo, & sanabitur puer meus. Luc. cap. 7. Marth. cap. 8.

SANCTUS PETRUS APOSTOLUS quoque consecutus se ad Domini præceptum conclusisse multitudinem piscium copiosam; precidens ad genua ejusdem, aiebat: Exi a me, quia homo peccator sum, Domine. Luc. cap. 5. Quid de S. Francisco dicemus quem, dum rogatur, quam

de se ipso opinionem conciperet, respondisse tradunt: Maximi peccatoris; inferentique alteri, rita ipsam conscientia id asserere non posse, inquit: Si quantumcumque sceleratum hominem tanta fuisset Christus misericordia profectus, arbitror sanè, quòd multo me gratior extitisset. Sur. tom. 5. in Vita, & Bonavent. c. 5.

S. ZEIMO comiti F. Francisci, id unum curæ, sui magistri prævis insillere vestigiis. Rogabatur aliquando: Quidnam agis pater? ille: Vix quidquam, nisi malum; at, Quo pacto, ait alter, cum sis Minorita? quem iteratò compellens Agidius, Uter, inquit, paratior est: Deusine ad dandam, an homo ad percipiendam gratiam? Dicente illo, Deus proculdubio ad dandam. Ergo, subintulit, videntur me vera dixisse, malè me facere, qui Dei gratiam etiam paratam non semper recipiam; nec in ea, ut par est, ambulem? Sur. in Vita tom. 7.

Utebatur religio quodam consulore Ludovicus Tolofanus Anulles, priuquam sacro ordine & habitu S. Francisci esset initiatus: dumque maturè cum eo deliberaret, & humilitatis sibi vestigia præfegeret, tandem ita orsus: Scio, nihil tam gratum Deo, quam si vite merito magni, tamen non magni, sed humilitate infami videamur: cum tantò quis Deo fit pretiosior, quanto propter eum est vilior sibi. Ex Vita ejusd. c. 11. impressa apud Joan. Moretum.

SYLVANUS Episcopus Trojanus, erat etiam vir sanctissimus qui admiranda à Deo orationis virtute impetraverat. Et ecce importunè eum sollicitant incolæ, ut navem onerariam, quae immobilis permanebat, in mare suis pecibus deduceret, Ille humiliter voceque, quasi indignandus, Absit, inquit, a me, qui peccator sum, istud postuletis; neque enim id attendere est mearum virium, sed justu alicujus. Ita humiliter de se sentiant veri Dei ministri, quo inanis gloriæ inquietos stimulos evadant. Tripart. hist. lib. 12. c. 8.

Priores illos minus admirabitur, qui mentem oculoque in Franciscum Borgiam conjecerit. Venerat de via fessus, & hospitium extra oppidum subire compellitur, ac in illo stramineum thorum: accubat cum eo Bustamantius, qui tota nocte imprudens emissio phlegmate (laborabat enim tussi) collegam fœdabat. Primo diluculo, comperto quòd res erat, veniam precatur; cui humilis pater: Non est quod ea ex te labores; nec enim dignior usquam me locus ipso atepi aut fœdari potuit. In vita ejusd. lib. 4. c. 5.

Idem acceperat impossiorem quendam trirēmbus additum, quòd se Franciscum Borgiam simulasser, jactassetque: quo intellecto: Si, ait, trirēmbus addicitur, qui meum nomen sibi vendicat; quid de me fieri par est, qui non inane nomen porto peccatoris? Ibid. c. 1.

Et quoniam juxta B. Chrysost. is qui ab humilitatis operibus recedit, à dignitatis fastigio tumoris fondere cadit: providè SS. Pater instituerunt, ut in coronatione sua Rom. Pontifex conditionis suæ memoriam refricaret, neque supra se nimium efferretur. Ideoque cum deducatur ad templum S. Joan. in Laterano, sedet in antiqua, vili, & hutofa sede, eique occurrunt ille vericulus: Sufcitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem, ut sedeat cum principibus, &c.

Item eandem ob causam, jam inaugurato Pontifice, suppa accenditur, & dicitur voce elata, Pater Sancte, sic transit gloria mundi.

Denique FERIA V. majoris hebdomadæ, duodecim pauperibus Rom. Pontifex pedes abluit, eos excolatur, eisque vestes novas largitur: exemplo Christi, ejus in terris vices gerit, qui discipulorum pedes lavit & extexit.

HIEROGLYPHICUM.

Depositorum genu humilitatis & superiorem agnoscentis indiciū esse, nulli innotuit. Hinc apud Florat.

Ius imperiumque Pharaotes Caesaris accepit genibus minor. Pier. Valer. lib. 35.

* Hungari. Hunni.

QUI, UNDE DICTI?

Ungari, qui Pannonii olim vocati, à Bannon Japheto Noe filio prognati, qui anno post diluvium cix. primus hanc regionem incoluisse existimatur; quamvis à Pannonio monte celebri, hoc nomen inditum alicuius arbitratu;